

# PROF. JOHANNES EBERHARD BUSMANN

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1644 in Verden
Gestorben	1692 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. orientalischen Sprachen in Helmstedt (1673–1690); Theol. Prof. in Helmstedt (1690–1692);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Johannes Eberhardus Busmannus Hannoveranus (13.07.1664)
Ehefrauen	Anna Busmann geborene Wiesenhauer (15.08.1655–16.02.1705), Heirat 1676
Quelle	Ahrens 2004, S. 39
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/100808506">https://d-nb.info/gnd/100808506</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-32-busmann">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-32-busmann</a>

## Lehrstühle

1673–1684 Lehrstuhl für orientalische Sprachen, Helmstedt

1684–1692 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Akademische Ämter

1683–1683: Universität Helmstedt, Prorektor

1686–1686: Universität Helmstedt, Prorektor

1692–1692: Universität Helmstedt, Prorektor

## Vorlesungen (91)

[...] Domi quoque aget de republ. Imperij Romani Iustiniana, secutus vestigia quatuor librorum hujus argumenti Ioachimi Hopperi., Wintersemester 1659/1660

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs posteaquam generalia Hebraeae linguae praecepta ex institutionibus Schickardianis, synopticam item accentuum doctrinam, qua fieri oportuit brevitate praemisit, in posterum ad specialiora progredietur, eorumque quae hactenus tradita fuerunt usum in analysi illustriorum quorumvis Scripturae S. dictorum ostendet. [...] Docet hora IIXva., Sommersemester 1674

[...] Domi praeter linguam Hebraeam, Syriacam & Arabicam docebit, nec sive publice sive privatim disputare volentibus suam operam denegabit., Sommersemester 1674

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs, absolutis jam Syriacis, Arabica continuabit, quibus ad umbilicum perductis, illustriorem aliquam controversiam publice pertractabit. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim cum aliquot integros Scripturae libros percurret, & pro lubitu auditorum quascunque Orientales docebit., Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim, si qui fuerint, illarum Orientalium linguarum, quibus Biblia polyglotta Anglicana constant, fundamenta docebit, nunquam non ad arbitrium auditorum se accommodaturus.,

Sommersemester 1675

Joh. Eberhardus Busmannus, finitis nuper illustrioribus aliquot controversiis, nunc Schickardiana praecepta publice redordietur, eaque prolixius nonnihil, quam antehac fecit, exponet. [...] Docet hora IIX., Sommersemester 1675

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs quum analysin Prophetæ Jonæ jam absolverit, publice linguarum Chaldaeae, Syrae & Arabicae fundamenta docebit, iisque appendices quasdam de lectione & lingua Persarum Turcarum, Aethiopum, Aegyptiorum & Samaritanorum subjunget. [...] Docet hora IIX., Wintersemester 1675/1676

[...] Privatim Psalterium Hebraeum methodo in Academiis recepta explicabit, id nunquam non daturus operam, ut non tam ex praeceptis Grammaticis, per se sterilibus, Hebraeam linguam, quam praemissis generalibus tantum praeceptis, ex natura & indole ipsius linguae, & sancto inprimis Hebraeo codice, ad cujus praecipue intelligentiam omnia Grammaticorum praecepta tendunt, accuratorem & specialiolem Grammatices cognitionem auditoribus suis tradat. Non deerit quoque illis qui primis Hebraeae linguae rudimentis intra privatos parietes porro imbui desideraverint., Wintersemester 1675/1676

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs curriculum Orientalium linguarum superiori semestri promissum feliciter absolvit: nunc ergo ad alia progressurus, vel illustriora Scripturae loca philologice exponet, vel de varijs V.T. ex fonte translationibus alijsq. cognatis materiis differet. [...] Docet hora decima., Sommersemester 1676

[...] Privatim horologium Schickardi in illorum qui nuper in Academiam venerunt gratiam, denuo explicabit, nec alias operam suam poscentibus unquam deerit., Sommersemester 1676

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs publice explicationem Philologicam difficiliorum Scripturae locorum, exceptis Prophetis, fere absolvit: in horum ergo explicatione inposterum occupabitur, deinde ad fundamenta Orientalium linguarum publice tradenda revertetur. [...] Docet hora X., Sommersemester 1677

[...] Domi quacunq̄ue in re Studiosorum commoda promovere poterit, non intermittet., Sommersemester 1677

Ioh. Eberhardvs Bvsmannvs publice usum praeceptorum Hebraicorum in analysi Grammatico-Philologica diversorum Scripturae textuum ostendere perget, nunquam non auditores suos, praemissa generali theoria, ad praxin praecipue manucturus: [...] Docet hora X., Wintersemester 1677/1678

[...] privatim quoque officio suo non deerit, sed vel in Hebraea vel aliis Orientalibus linguis operam suam desiderantibus libentissime vacabit., Wintersemester 1677/1678

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs Orientalium lingvarum quod publice instituet curriculum propediem absolvet, deinde ad Hebraea tam publice [...] docenda revertetur. Docet hora X., Sommersemester 1678

[...] deinde ad Hebraea [...] quam privatim docenda revertetur., Sommersemester 1678

[...] privatim horologium Hebraeae linguae W. Schickardi interpretabitur., Wintersemester 1678/1679

Joh. Eberhardvs Bvsmannvs publice Syntagma dictorum Scripturae a Joh. Girberto editum & nuper recusum philologice explicabit: [...] Docet hora X., Wintersemester 1678/1679

[...] privatim non Hebraeas tantum & Orientales scholas instituet, sed & aliis exercitiis vacabit., Sommersemester 1679

Joh. Eberhardus Busmannus publice Biblia parva Hebrae-Latina, ab Henr. Opitio ante aliquot annos Hamburgi edita., Grammaticæ & Philologicae exponet: [...] Docet hora X., Sommersemester 1679

[...] privatim Hebraica imprimis, quae ante aliquot menses incepit, exercitia strenue urgebit aliaque de novo instituet., Wintersemester 1679/1680

Joh. Eberhardus Busmannus, absoluto tractatu de Poesi Hebraeorum, publice Orientalium linguarum, praecipuarum nempe illarum, quarum versiones in opere polyglotto Anglicano collectae extant, praecepta quaedam Grammatica tradet, praemissaque theoria analysin in singulis linguis subjunget: [...] Docet hora X., Wintersemester 1679/1680

Joh. Eberhardus Busmannus & publice & privatim, missis nunc Orientalibus, ad Hebraeae imprimis linguae maxime necessariam cognitionem compendiarum via Auditores suos manuducet, nec Grammaticis tricis dui immorabitur, sed in analysi posthumerum selectissimorum textuum Biblicorum eosdem exercebit. Docet hora X., Sommersemester 1680

[...] privatim theoriam praeceptorum Hebraicorum juxta ductum Horologij Schickardiani tradet, eaque finita, analysin itidem subjunget., Wintersemester 1680/1681

Joh. Eberhardus Busmannus publice Psalmos Davidicos, vel dicta quaedam insigniora Scripturae V. T. philologice interpretabitur [...]. Docet hora X., Wintersemester 1680/1681

Joh. Eberhardus Busmannus publice explicationem Grammatico-Philologicam illustriorum Scripturae Dictorum propediem absolvet, deinde Orientalium aliquot linguarum praecepta quaedam Grammatica tradet. [...] Docet hora IIX., Sommersemester 1681

[...] Privatim Hebraeam imprimis linguam docebit, nec disputare volentibus operam suam denegabit., Sommersemester 1681

Joh. Eberhardus Busmannus publice in explicatione Prophetarum Jonae occupatur: hac finita (si fata concesserint) alios libros Biblicos, in specie librum Ruth, Ecclesiasten, Threnos Jeremiae, Canticum Cantorum, Psalmos quosdam, imprimis Poenitentiales, aliosque e Prophetis minoribus, percurret, quaeque vel ad Philologicam expositionem textus, vel ad Grammaticam analysin pertinent, breviter inde excerpit. [...] Docet hora IIX., Wintersemester 1681/1682

Privatim quoque Hebraea, quae tractat, exercitia sedulo urgebit, finitisque Hebraicis, ad Orientalia progredietur., Wintersemester 1681/1682

[...] Disputabit publice de Scheol, & modo loquendi Hebraeis usitato, Deicendere SchÛola, Îµá¼Ï, á¾...Î¿Ï... ad inseros. [...] Docet publice hora IIX. , Sommersemester 1682

Privatim Orientalia, quae in catalogo superioris Semestris promissit, exercitia, certas ob causas auspiciari nondum potuit, iraque ut nunc fidem in catalogo tum datam quantocius liberet, dabit operam., Sommersemester 1682

Joh. Eberhardus Busmannus publice Schickardi Horologium necessariis quibusdam observationibus illustrare perget, quaeque in theoria Praeceptorum Hebraicorum adhuc explicanda restant, in ipsa analysi potissimum exhibebit. [...] Docet publice hora 8., Sommersemester 1682

Joh. Eberhardus Busmannus publice analysin Bibliorum parvorum, quam ad librum Deuteronomii usque perduxit, debita industria continuabit [...]., Wintersemester 1682/1683

[...] privatim non Hebraea tantum, sed & alia exercitia instituet. Disputabit quoque de una atque altera rariori materia Philologica, si Respondentes porro nactus fueri., Wintersemester 1682/1683

[...] nec disputandi exercitia intermittet., Sommersemester 1683

Privatim Hebraeae imprimis linguae studiis vacabit., Sommersemester 1683

Joh[ann] Eberhardus Busmannus publice in tradendis Chaldaeo-Syrae linguae praeceptis occupatur, quibus absolutis ad Arabicam aliasque Orientales progredietur. Aget quoque de Rabbinica & Talmudica Dialectis, dummodo non defuerint, qui debitum huic & omni in universum Orientali literaturae pretium ponant. [...] Docet hora IIX., Sommersemester 1683

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publicis lectionibus, quantum per arduum Magistratus Academici, quo nunc fungitur, officium licebit, diligenter vacabit, idque operam dabit, ut non tantum regulae Schickardi exemplis ulterius illustrentur, sed & specialiora illa, quorum explicationem consulto hactenus omisit, in ipsa analysi textus Hebraici nunc ordine exhibeantur. [...] Docet ordinarie hora VIII., Wintersemester 1683/1684

Privatim vix aliquid promittere audet, quamprimum tamen Magistratu abierit, etiam hic officio non deerit., Wintersemester 1683/1684

Joh. Eberhardus Busmannus publice non ita pridem coeptam Psalmorum analysin debita industria continuabit: [...] Docet hora I., Sommersemester 1684

[...] privatim Theoriam praeceptorum Hebraicorum, in eorum qui nuper in Academiam venerunt gratiam a primis huius linguae elementis exorsus, denuo tradet., Sommersemester 1684

[...] privatim vero fundamenta Hebraeae linguae de novo tradet., Wintersemester 1684/1685

Joh. Eberhardus Busmannus ordinariam Veteris Testamenti a Serenissimis Principibus de elementissime e sibi demandatam Professionem oratione solenni de non negligendo universalis Ecclesiae in interpretatione Scripturarum consensu ante aliquot menses auspicatus est, postea de interpretatione & usu Scripturae in genere, de quaestione, an unius ejusdemque loci Scripturae plures dentur sensus literales? nec non de praecipuis Scripturae interpretibus, tam antiquis quam recentioribus, eundo per secula, differuit: quo tractatu jam absoluto, nunc sine ulteriori introductione, ipsam difficiliorum Veteris Testamenti locorum explicationem aggredietur, operam daturus, ut difficiliora Pentateuchi loca intra paucos menses absolvat. [...] Docet hora octava., Wintersemester 1684/1685

[...] Privatim vel dogmata fidei juxta ductum compendii alicujus Theologici, vel controversias Ecclesiae invariatae Augustanae Confessioni addictae cum Reformatis intercedentes pertractabit, nec disputare volentibus operam suam denegabit., Wintersemester 1684/1685

Joh. Eberhardus Busmannus & publice [...] Hebraeae linguae Studiosos praeparabit, ut Theologiarum suarum, quas in difficiliora Veteris Testamenti loca propediem auspicabitur, praelectionum εἰκεῖλος reddantur auditores. Hunc in finem publice quidem Prophetiam Jonae, Canticum Canticorum similesque libellos Grammaticae & Philologicae exponet, [...] Docet hora I., Wintersemester 1684/1685

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publice, absolutis nuper Syriacis, theoriam praeceptorum Hebraicorum denuo tradet, secturus, ut solet, Cl. Schickardi ductum, cujus Horologium, necessariis quibusdam annotationibus a B. Gerhardo auctum, ob gratam breviter praeceptorumque universalitatem, prae multis aliis Grammaticorum libellis studiosae juventuti commendari meretur. [...] Docet hora prima., Sommersemester 1685

Privatim quoque Hebraea, quibus jam distinetur, exercitia sedulo urgebit, aliaeque de novo instituet., Sommersemester 1685

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice, absoluta jam Pentateucho, difficiliora quaedam loca in Prophetis tam prioribus quam posterioribus occurrentia exponet, non literalem solum sensum indicaturus, sed & quaestiones simul controversas, ad uberiores eorundem expositionem facientes, breviter enucleaturus. [...] Docet hora octava., Sommersemester 1685

Privatim, quamprimum dogmata fidei absolverit, Controversias Ecclesiae Augustanae Confessioni addictae cum Pontificiis intercedentes pertractabit., Sommersemester 1685

[...] disputaturus insuper de uno atque altero themate controverso, si Respondentes nactus fuerit., Sommersemester 1685

Disputabit de quaestione, an unius ejusdemque loci scripturae plures dentur sensus literales nec ne

dummodo Respondentem nactus fuerit., Wintersemester 1685/1686

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice expositionem difficiliorum locorum in Prophetis posterioribus occurrentium debita industria continuabit, & brevi absolvet [...]. Docet hora IIX., Wintersemester 1685/1686

[...] privatim quid propositurus sit, proprediem significabit., Wintersemester 1685/1686

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publice Auditores suos in analysi Grammatico-Philologica illustriorum Scripturae V. T. Dictorum iterum exercebit, posteaquam theoriam Praeceptorum Hebraicorum nuper denuo absolvit. [...] Docet hora I., Wintersemester 1685/1686

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. si per Magistratus Academici, quo nunc fungitur, & Ecclesiastici muneris molestias licebit, publice officio sui non deerit, saltem id operam dabit, ut difficiliora illa loca, quae in Propheta Daniele explicanda restant, proprediem absolvat, simulac Magistratu Academico abierit, expositionem Novi Testamenti bono cum Deo aggressurus. Docet hora III., Sommersemester 1686

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publice fundamenta linguae Syriacae, qua elegantissima illa Novi Testamenti paraphrasis conscripta extat, denuo tradet, iisque finitis, ad Hebraica regredietur. Docet hora I., Sommersemester 1686

Joh. Eberhard Busmannus publice praelectiones Hebraicas debita industria continuabit, [...] Docet hora III., Wintersemester 1686/1687

[...] privatim quoque Hebraeae linguae studiosis consilio & opera non deerit., Wintersemester 1686/1687

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice in explicatione difficiliorum quorundam locorum, in Historia Evangelica occurrentium, debita industria progredietur. Docet hora IX., Wintersemester 1686/1687

Joh. Eberhardus Busmannus publice illustriora quaedam Dicta, inprimis ea quae de Messia agunt, ex universo Codice Hebraeo hinc inde desumpta, ea qua coepit methodo explicare progredietur: [...] Docet hora III., Sommersemester 1687

[...] privatim quoque Orientalium Linguarum studiosis consilio & opera non deerit., Sommersemester 1687

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice difficiliora quaedam loca in Actis Apostolicis & Epistolis Paulinis occurrentia explicare progredietur:[...] Docet hora IX., Sommersemester 1687

[...] privatim, si per Visitaciones Ecclesiasticas licebit, Controversias Ecclesiae Augustanae Confessioni addictae cum Pontificiis intercedentes denuo pertractabit., Sommersemester 1687

Joh. Eberhardus Busmannus publice linguam Chaldaeo-Syram docebit: [...] Docet hora III., Wintersemester 1687/1688

[...] privatim Hebraeae linguae fundamenta juxta ductum Horologii Schickardiani denuo tradet., Wintersemester 1687/1688

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice difficiliora quaedam loca; in Epistola ad Hebraeos, ut & septem Epistolis Catholicis, occurrentia, exponet, deinde ad Apocalypsin progredietur. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1687/1688

[...] Privatim etiam, quantum per Ecclesiasticos labores licebit, officio suo non deerit., Wintersemester 1687/1688

Joh. Eberhardus Busmannus publice coeptam [...] continuabit, [...]. Docet alternatim hora I. & III., Sommersemester 1688

[...] non ita pridem intra privatos parietes analysin sedulo continuabit, [...], Sommersemester 1688

[...] postea theoriam praeceptorum Hebraicorum juxta ductum Horologii Schickardiani de novo tradet., Sommersemester 1688

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice, absoluta jam explicatione Novi Testamenti, ad librorum Veteris Testamenti expositionem recurret [...] Docet hora IX., Sommersemester 1688

[...] & hac quidem aestate difficiliora quaedam loca Pentateuchi explicabit. Docet hora IX., Sommersemester 1688

Joh. Eberhardus Busmannus publice praelectiones Hebraicas debita industria continuabit, [...] Docet hora III., Wintersemester 1688/1689

[...] privatim quoque operam suam petentibus, eandem non denegabit., Wintersemester 1688/1689

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice in expositione difficiliorum quorundam Pentateuchi locorum strenue progredietur: [...] Docet hora IX., Wintersemester 1688/1689

[...] privatim in edendis B. Dn. D. Zeidleri Scriptis, inprimis iis, quae contra Pontificios elaboravit, est occupatus., Wintersemester 1688/1689

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice in expositione difficiliorum quorundam locorum in Prophetis tam prioribus quam posterioribus occurrentium debita industria progredietur [...]. Docet hora IX., Sommersemester 1689

[...] privatim ob visitationes Ecclesiarum aliaque connexa negotia docere non poterit., Sommersemester 1689

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publice ex iis, quae hactenus tradidit, nona repetet, deinde Prophetam Jonam explicabit [...]. Docet hora III., Sommersemester 1689

[...] privatim quoque Hebraeae linguae studiosis manu ductuonem & operam suam porro pollicetur., Sommersemester 1689

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice difficiliora quaedam loca in Jeremia & Ezechiele occurrentia explicabit, deinde ad Prophetas minores progredietur. Docet hora IX., Wintersemester 1689/1690

Joh[annes] Eberhardus Busmannus publice spartae suae fidei adhuc concreditae non deerit, sed quam nuper denuo coepit Auditoribus suis tradere, theoriam praeceptorum Hebraicorum diligenter continuabit, operam daturus ut intra duos menses absolvat. Docet hora III., Wintersemester 1689/1690

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice, quam primum pauca illa, quae in Hagiographis restant, absolverit, ad expositionem Novi Testamenti revertetur, & in explicatione difficiliorum quorundam locorum in Historia Evangelia occurrentium occupabitur. Docet hora nona., Sommersemester 1690

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. publice explicationem difficiliorum quorundam Scripturae V. T. locorum, exceptis Psalmis Davidicis absolvet, nunc igitur praedictorum Psalmorum analysin subjunget, & sic demum ad interpretationem Novi Testamenti revertetur [...]. Docet hora nona., Wintersemester 1690/1691

privatim, si per Ecclesiastica negotia licebit, Theologiam vel Dogmaticam vel Homileticam tradet., Wintersemester 1690/1691

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice in interpretatione Novi Testamenti, quam de integro nuper exorsus, ad caput usque quintum Matthaei deduxit, ea qua par est industria (quantum quidem per Visitaciones Ecclesiarum, verno inprimis hoc tempore, licebit) progredietur: [...] Docet hora nona., Sommersemester 1691

[...] privatim quoque operam suam desiderantibus non deerit., Sommersemester 1691

Joh. Eberhardus Busmannus D. publice in expositione Evangelii Matthaei ad caput usque deceimum tertium pervenit: in eo ergo enarrando, finitis Ecclesiarum Visitaciones, progredietur, operamque dabit ut Matthaei Evangelium si non citius, saltem intra proximum trimestre absolvat. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1691/1692

[...] Disputabit de una atque altera ratoris argumenti materia, si Respondentes nactus fuerit., Wintersemester 1691/1692

Joh[annes] Eberhardus Busmannus D. quantum per Magistratus, quo denuo fungitur, officium licebit, publice docere non negliget, saltem dabit, ut pauca illa, quae in Matthaei Evangelio restant, proprediem absolvat. Quid deinde tractaturus sit, mature significabit. Docet hora nona., Sommersemester 1692

#### **Dissertationen (4)**

De Scheol Hebraeorum, Graecis Ad<sup>e</sup>, Latinis Inferno Seu Inferis Disputatio Philologica, 30.04.1682. VD17 23:253177V

De Antiquis Hebraeorum Literis Ab Esdra In Assyriacas Mutatis Exercitatio Philologica, 14.04.1675. VD17 23:261073D

Observationes Sacras Ex Hebraea Potissimum Literatura Depromtas Exhibens Exercitatio Philologica, 30.11.1668. VD17 23:248091A

Disputatio theologica De fide salvifica seu justificante contra pontificios, 30.09.1682. VD17 12:163220R

#### **Beteiligung an Dissertationen (1)**

Respondent in: Gebhard Theodor Meyer (Präses): Disputatio inauguralis theologica De cultu religioso sanctorum, 28.11.1678. VD17 1:053286V

#### **Reden und Programme (4)**

Johannes Eberhard Busmann: Programma In Festo Nativitatis Domini Et Servatoris Nostri Jesu Christi. VD17 23:250249H

Johannes Eberhard Busmann: Programma In Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:250245C

Johannes Eberhard Busmann: Programma De Lingua Et Versione N. T. Syriaca, Quo Ad praelectiones Syriacas publice habendas Academiae Iuliae Studiosos, Futuros Auditores, invitat Joh. Eberh. Busmannus ... . VD17 32:657091H

Johannes Eberhard Busmann: De Genio Linguae Hebraeae Eiusdemque In Interpretatione Scripturae S. Necessitate Atque Utilitate Nec Non Prae Versionum Rivulis Ex Ea Ceu Fonte Ductis Praerogativa Oratio ... Adjectum Est Programme Publicis Lectionibus Praemissum., 27.11.1674. VD17 23:252469R

#### **Beteiligung an Reden und Programmen (10)**

contributor in: Andreas Gryphenius: Programma In Funere Maxime Reverendi atq[ue] Amplissimi Viri Dn. Joh. Eberhardi Busmanni ..., 29.05.1692. VD17 23:259385Y

contributor in: Johannes Eberhard Busmann: Programma In Festo Nativitatis Domini Et Servatoris Nostri Jesu Christi. VD17 23:250249H

contributor in: Johannes Eberhard Busmann: Programma In Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:250245C

contributor in: Johannes Eberhard Busmann: Programma De Lingua Et Versione N. T. Syriaca, Quo Ad praelectiones Syriacas publice habendas Academiae Iuliae Studiosos, Futuros Auditores, invitat Joh. Eberh. Busmannus ... . VD17 32:657091H

contributor in: Johannes Eberhard Busmann: De Genio Linguae Hebraeae Eiusdemque In Interpretatione Scripturae S. Necessitate Atque Utilitate Nec Non Prae Versionum Rivulis Ex Ea Ceu Fonte Ductis Praerogativa Oratio ... Adjectum Est Programme Publicis Lectionibus Praemissum., 27.11.1674. VD17 23:252469R

contributor in: Hermann Conring: Programma Festo Die Resurrectionis Dominicae. VD17 23:246846R

contributor in: Hermann Conring: Programma Festo Pentecostes In Academia Iulia P.P.. VD17 23:246421T

contributor in: Hermann Conring: Programma Resurrectionis Dominicae Festo Sacrum Et In Academia Iulia P.P.. VD17 23:237534D

contributor in: Hermann Conring: Programma Festo Pentecostes. VD17 23:232649G

contributor in: Hermann Conring: Programma Festo Die Resurrectionis Dominicae. VD17 23:232645B

### Zitierhinweis

Prof. Johannes Eberhard Busmann. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-32-busmann> [07.07.2026]